



**Oratio
Pro Leone Pp. XIV
Christi Vicario in terris et Ecclesiae Universalis Pastore**

O Sancta Virgo Maria, Mater Domini Caeli et Terrae, Domina Nostra de Guadalupe, Summum Pontificem Leonem Decimum Quartum custodi et protege. Amplissime recipiat, te intercedente, gratiam Sancti Petri Successoris propriam, nempe qua se praebeat fontem visibilem ac fundamentum unitatis Episcoporum, omniumque nostrorum fratrum ac sororum in Corpore Mysticō divini Filii tui. Cor Papae Leonis ad Immaculatum Cor tuum iunge ut in Sacratissimo Corde Iesu gloriosissime transfixo securius et perpetuo maneat, ut nos in catholica fide confirmet, pariterque in adoratione Dei in spiritu et veritate, et in vita honesta, sancta et christiana.

Hoc in tumultu saeculi, sustine Papam Leonem in sinu pallae tuae et in amplexu bracchiorum tuorum, protegens eum a Satana mendaciorum patre, et ab omni spiritu maligno. Dominum nostrum exposce ut ei concedat gratiam singularem sapientiae ac fortitudinis, quibus munere Pastoris Ecclesiae totam per terram vere fungatur. Una tecum, in Christum Bonum Pastorem, qui est adiumentum et salus unica nostra, omnino confido. Amen.

Cor Iesu, in sinu Virginis Matris a Spiritu Sancto formatum, miserere nobis!

Domina Nostra de Guadalupe, Regina Apostolorum, ora pro nobis!

Sancti Petre et Paule, orate pro nobis!

Sancte Leo Magne, ora pro nobis!

Raymundus Leo S.R.E. Cardinalis BVRKE
Die XVIII mensis Maii MMXXV